

exercerent: qui & Comites & Comitatus, posteriore seculo nuncupati sunt. Alciatus in l. scrinijs. de palat. sacr. largit. lib. 12. Cod.

**Palatio**] huius palationis, f. g. (παλάτιον) Id fundamenti genus est, quod in aquis, aut in uliginosis, aut congestiis locis fieri videmus: a palis qui in terram depanguntur, ditum vocabulum. Vitruvius lib. 2. de alno loquens, Itaq, quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fundamenta edificiorum, palationibus crebre fixa, recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad aternitatem, & sustinet immani pondera structure. Palatio, que vulgo pilotium dicitur, fistucatio etiam appellatur, a fistuca machina vulgo nota, qua etiam pavitores utuntur utring, ansata. Hac enim pali magna vi in terram adiguntur. Budeus.

**Palatium**] huius Palatii (παλάτιον) Mons Rome appellatus est, quod ibi pecus pascens balare consueverit, inquit Festus. sic enim vox eius animalis exprimitur, quasi balatum. Unde Nevius balatum appellat. Vel a palo, palas, quod ibi paleare, id est errare pecudes solent, ut ait Festus. Seu quod Palantes Arcades cum Evandro ibi confederunt, nam ante Romam conditam possessum atq, habitatum fuit. Alij a Palantia Latini matre, que ibi habitaverit, Palatium dictum volunt. Alij a Palante Evandri avo. Alij a filia Evandri Palantia, ab Hercule vitiata, & postea illic sepulta. Vel certe a Palante eius filio ibi sepulto. Alij a Pale pastorali dea nomen inditum autumant.

**Alta palatia.** Ovid. 1. Trist. eleg. 1. 14.

**Nemorosa.** Ovid. 1. de Arte. 21.

**Phœbea palatia.** Lucan. lib. 3. 21.

**Romana palatia.** Virg. 1. Georg. 105.

**Palatium,** dicitur etiam domus imperatoria, superba, amplaq, a Palante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur. Aut secundum Plinium, a Palanteo Arcadia oppido. Sive, ut Cyrillus author Græcus refert, a Palatino monte. Sueton. de Claris grammat. 17. Quare ab Augusto quoque nepotibus eius præceptore electus, transit in palatium cum tota schola.

**Palatium primam indifferentem habet.** Ovid. 1. de Art. 21. Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martialis libro 1. 66.

Inde sacro veneranda petes palatia clivo.

**Palatual]** Sacrificium, quod fiebat Rome in monte Palatino. Varro de Ling. Lat. lib. 6.

**Palatualis]** flamen, qui constitutus erat ad sacrificandum ei Deæ, in cuius tutela erat palatium. Festus.

**Palatum]** huius palati, penult. prod. (ἀγαλιον, ὑπεριον) Pars oris interna & superior. Plin. lib. 11. cap. 37. 47. Intellectus saporum est ceteris in prima lingua: homini & in palato. Horat. 2. epist. 2. 13.

Tres mihi convivæ propè dissentire videntur,

Poscentes vario multum diversa palato. Cic. 2. de Nat. Deor. 69. Sed dum palato Epicurus quid sit optimū iudicat, cœli palatum, ut ait Ennius, non suspexit.

**Caule palati.** Lucret. lib. 4. 133.

**Annosum palatum.** Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 55.

**Carnosum palatum** vide Caro.

**Rescissum palatum.** Lucan. lib. 4. 57.

**Subtile palatum.** Horat. Serm. 2. Satyr. 8. 8.

**Torpens palatum.** Iuven. Satyr. 10. 21.

**Veneniferum palatum.** Ovid. 3. Metam. 17.

**Vuens palatum.** Silius lib. 7. 131.

**Lingua deest palato.** Ovid. epist. 21. 23.

**Sapor exacuit palatum.** Ovid. 1. de Ponto, eleg. 11. 3.

**Excitare palatum.** Quintil. lib. 6. cap. 3. 13.

**Exsurdant palatum vina fervida** Horatius 2. Serm. Satyr. 8. 8.

**Gustare aliquid palato.** Ovid. 4. Fast. 10. 7.

**Instituere palatum.** Quintil. lib. 1. cap. 2. 6.

**Obscrare palatum.** Catul. in Camerinum, epig. 51. 5.

**Gallina dura malum responsat palato.** Horat. 2. Serm. Satyr. 4. 4.

**Ignavo stuperunt verba palato.** Ovidius 2. Amorum, eleg. 6. 10.

**Vdo palato nigra subest lingua.** Virg. 3. Georg. 78.

**Tenero supplantat verba palato.** Persius Satyr. 1. 4.

**Tergere palatum gallina.** Horat. 2. Serm. Satyr. 2. 5.

**Succo torret sitis ora palato.** Propert. lib. 4. eleg. 10. 5.

**Palatus,** etiam masc. gen. legitur. Cic. lib. 2. de Finib. 42. Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

**Palatus]** Participium, a Palor, palavis. vide Palus; pali.

**Palea]** palea (αχνη) est iumentorum pabulum. A palam seu pabulo dicitur, nam ea sola primum in pascendis animalibus prebetur. Quo sanè vocabulo non proprie culmi, sed follicula ipsa granorum comprehenduntur. Varro de Rust. lib. cap. 50. 3. Contrà, quod cum spica stramentum heret, corvibus in aream defertur: ubi discedit in aperio loco palam, a quo nominata potest esse palea. Cic. 4. de Finib. 122. Vt enim, inquit, gubernator aequè peccat, si palearum navem evertit, & si auri, & c.

**Culmi pinguis palea.** Virg. 1. Georg. 39.

**Inanes iactantur palea.** Virg. 3. Georg. 27.

**Horna palea.** Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 18.

**Leves volitant palea.** Virg. 1. Georg. 74.

**Palea,** Cartilago deflua a collo galli gallinæ. Varro de Rust. libro 3. cap. 9. 3. Gallos salaces, qui animadvertunt si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro brevi, acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra subalbicante, collo vario aut areolo, feminibus pilosis, & c. Colum. lib. 8. cap. 2. de gallinæis, Palea ex rutilo albicantes, que veluti incana barba dependent.

**Palea eris,** pro Ramento & excremento. Plinius lib. 34. cap. 13. 6.

**Auri navem evertat gubernator,** an palea: in re aliquantulum, in gubernatoris inscitia nihil interest. Cic. in Parad. 23.

**Canis das paleas,** asino ossa. Proverbij speciem habet, quum res præposterè distribuuntur: veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito flosculos, aut gladium, militi librum, & cetera id genus. Siquidem munera hoc ipso sunt ingrata, quod apta non sunt. Erasmus.

**Asinus in paleas.** Aliud adagium, dici solitum, ubi cripam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut naclius fuerit fortè aliquis, quo vel præcipuè gaudet. De hoc plura Erasmus.

**Paleatus,** pen. prod. Adiectivum (αχνην) Quod factū est ex paleis, vel paleis opertum, aut admixtum. Colum. de Arboribus, cap. 8. 2. Quicquid inserveris viti, diligenter libro ligato, atq, luto subactō paleato oblinito, operitoq, plagam, & ita alligato, ne aqua ventusq, penetrare possit. Idem 12. cap. 21. Vrcus oblinitur luto paleato.

**Palearium,** paleary (αχνην) locus ubi conditur palea. Colum. lib. 1. cap. 6. 6. Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariaq, & apotheca, & horrea.

**Palea,** in iure Pontificio, Canonem veterem significat: scribendum verò est, palea.

Palear]